



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Defensor Redivivus Seu De Sacrae Consistorialis Aulae
Advocatorvm Origine, ac Munere**

**De Rossi, Giuseppe Ortensio
De Rossi, Giacomo Gregorio**

Romae, 1657

15 Coronato Pontifici laudes dicunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10678

P R I M U M . 29

lii Pontificis, à latere dextro : In Processionibus verò , & Equitationibus bini procedunt , & equitant ante Cubicularios , ut meminit Pontificale Romanum fol. 45.48. à tergo ⌈ 89.col. 1. ac Cæremoniale Romanæ Ecclesiæ impressum sub Leone X. Quinimò * in Coronatione Pontificis Pluuialibus induiti in Confessione Diui Petri assistente D. Cardinali Priore Diaconorum , vnà cum Subdiaconis , & Auditoribus Rotæ laudes dicunt Principi Coronato , prout habetur dicto Pontificali fol. 49. 47. ⌈ 50. à tergo ; & quando summus Pontifex non est præsens Capellis , vel sede vacante , sedent vnà cum sacro Cardina- lium

30 CAPVT

lium Collegio post Auditores
Rotæ , de quo etiam videri po-
test Adnotatio in libro Camera-
rij anno 1605. die 3. Martij fol.
43. Et 14. Februarij fol. 163.
à tergo , quod priuilegium om-
nino adscribendum est succe-
ssioni in locum Defensorum Re-
gionariorum ; cum præter hu-
ijsmodi traditionem , nulla
prorsus alia tradi queat .

Quintò qualitates in Defen-
sore Regionario expressæ per D.
Gregorium , tām in forma ele-
ctionis superius relata . ibi . si
nulli conditioni , vel corpori tene-
ris obnoxius , quām in præcitata
Epistola . ibi . Ita quoque in De-
fensoribus septem , qui ostensa
suæ experientiæ utilitate placue-
rint ,

rint, honore Regionario decoren-
tur; Nam quod dicitur Regio-
narium nulli conditioni, vel
corpori debere esse obnoxium,
conforme videtur requisito per
leges Cæsareas in Aduocato Præ-
fecti Prætorio, afferentibus, Leo-
ne in l. nemini 11. C de Aduo-
catis diuers. Iudicior. Non ali-
ter vero confortio Aduocatorum
tuæ Sedis aliquis societur, nisi
priùs in Examine Viri Clarissimi
Rectoris Prouinciae, ex qua oriun-
dus est, præsentibus Cohortali-
bus gesta confiant, quibus aper-
tè pateat cohortali vita, ac for-
tunæ eundem minimè subiacere,
& Zenone in l. final. C. eod. sine
ulla cohortalis, aut deerioris
conditionis quæstione succedant;

&c.

32 CAPVT

& inferius, Non aliter nisi sub
gestorum confectione minimè eos
cohortali conditioni subiacere pa-
tēfactum fuerit, admittantur.
Rursus, quod dicitur in eadem
Epistola de experimento utili-
tatis Admittendi, congruit al-
teri requisito de Iure Cæsarico
in dicta l. nemini, vers. Iurisper-
itos, etiam eorum Doctores iu-
bemus iuratos sub gestorum testi-
ficatione deponere esse eum, qui
posthac subrogari voluerit, peritia
¶ 6 Iuris substructum. Quæ* qui-
dem honesta conditio Admit-
tendi, & doctrinæ experimen-
tum, non solum de Iure com-
muni requiruntur in Aduocato
¶ 7 Consistoriali, sed * individuali-
ter etiam per Constitutionem
ter-